

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Judas der Ertz-Schelm, für ehrliche Leut**

**Abraham <a Sancta Clara>**

**Lucern, 1686**

Censura

[urn:nbn:de:bsz:31-134152](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-134152)

CENSURA.  
REVERENDISSIMI METROPOLITICI CON-  
SISTORII SALISBURGENSIS.

**M**alos non gratis esse in hoc mundo, sed boni aliquid de illis agere *DEUM*, argumento nobis est *Tractatus de Juda Nequam*, cujus Primam Partem de Mandato *Reverendissimi Officii* à me lectam & relectam contra orthodoxam Fidem vel bonos mores nequaquam argui, sed vel ideò imprimi posse cenfeo, ut quia Judas corripitur nequit, qui jam crepuit mediis, aut malus exinde corrigatur, aut justus per illum exerceatur.

SEBASTIANUS MAYR, SS. Theol. & SS. Can. Doctor,  
Celsis. ac Reverendis. Principis, &c. &c. Consultarius Con-  
sistorialis, nec non B. V. M. ad Nives Canonicus.

APPROBATIO Reverendi Patris Provincialis.

**E**go infra scriptus facultatem lubens libens impertior, ut Judas Proditor in Lucem prodeat, dummodo qui loculos habuit, oculos non offendant, idcirco eundem Patribus ad id deputatis justà trutinà ponderandum confidi.

Fr. AMBROSIVS à S. Maximiliano Fr. Erem. Discal. S. August.  
Provincialis per Germaniam.

Approbationes Theologorum.

**D**E Traditore pessimo tradidisse optimè R. P. nostrum Abrahamum à S. Clara, luculentum perhibet testimonium opus præsens, quod justà R. P. Ambrosii à S. Maximiliano Provincialis nostri per Germaniam accuratè perlegi, nil orthodoxæ fidei dissonum, verum omnigena eruditione, parique doctrina referentem reperi; per consequens huic Judam Christiano obfuturum minimè, sed profuturum maximè nullus dubito. Quare, ut prodeat, dignum cenfeo.

Fr. ELIAS à S. Januario Supprior, & Magister Novitiorum  
ad S. Annam Græcii.

APPROBATIO.

**J**ussu R. P. Ambrosii à S. Maximiliano Ordinis S. Augustini Prioris Provincialis Judam (sub titulo) den *Erz-Schelm* revidi à me lectum, qui sibi in lectum selegit *patibulum*, ac per *sinem* sibi *sinem* accivit & *lethum*. Nihilominus adinveni hujus Archi *Nequam*, qui sibi ipsi *displacit* suspendium quærens, *nequitas* castigatas moribus omnibus fore *caras*, ob *rarum* tanti Authoris methodum, & *charas* ob variegata documentorum fluentia. Et licet hic *adulterinus* Apostolus sit *adultus tenebrarum* hospes, non *lucis filius*, quia *filium* vitæ sibi succidit *laqueo*; tamen in *lucem* ut prodeat, exinde meretur, cum sit omnigenis Doctrinæ radiis *illuminatus*. Jam sordet adagium, *rufam barbam*, quam (sua perfidia posteris infamem fecit, ratò *bona fortis* esse; ego enim *mali* sub eâ reverà offendi nihil, ut potè omnia fidei nostræ, ac bonis moribus consona. Imò illam hic exquisitus ingenii partus à colore & pallore *aurei* plurimum commendat, quia in hoc *Rufi-barbato* non nisi *aureæ calatos* Christianorum dogmatum conceptus, & ideò *totum optimum* reperi *celatum*. Quocirca Apostatam hunc *reprobum, improbum* Apostolum tot, & tantis referentem eruditionibus, minùs non, quàm *approbare* cenfui.

Fr. ALIPIUS à S. Barthol. Conc. Ord. ad S. Annam Græcii.